

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Electio f
cum uariis

Moyses, amicus Dei cui facie ad faciem Dominus locutus est, potuit utique successores principatus filios suos facere et posteris propriam relinquere dignitatem, sed extraneus de alia tribu eligitur Ihesus ut sciremus principatum in populos non sanguini deferendum esse sed uite. Ac cernimus nunc plurimos honorem beneficium facere ut non querant eos qui possunt ecclesie plus prodesse in ecclesia erigere columpnas sed quos uel ipsi amant, uel quorum sunt obsequiis deliniti, uel pro quibus maiorum quispiam rogauerit et, ut deteriora taceam, qui ut clerici fierent muneribus impetrarunt.

Ieronymus super illud Titum I: Et constitues per ciuitates et cetera, et ponitur VIII. questione I. capitulo: Moyses.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

extraneus] extraneis M; uite] uice C; honorem] hominum P V¹ V² L¹ L²; ecclesie] in ecclesia P V¹ V² L¹ L²; maiorum] malorum C; quispiam] quisquam P V¹ V² L¹ L²; impetrarunt] et constitutes per ciuitates *add.* P V¹, et constituentur per ciuitates *add.* V² L¹ L²; Titum] Titi P V¹ V²; et constitues per ciuitates et cetera *om.* P V¹ V² L¹ L²; capitulo *om.*
B